

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA ELEVETHERII PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

¶ EPISTOLA SOTHERIS PAPE;

Et iterum hec locutus est dominus in gazofilacio docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ecce in his omnibus, que superius dicta sunt non docetur si-
lius precepto patris fuisse locutus, sed magis proprium excercuisse in loquendo sermonem.

¶ Elaias quoque propheta ait, hec dicit dominus. Ego feci terram sensu meo, & hominem super eam, ego solidavi celum manu mea, ego in omnibus syderibus mandavi ut lucerent in celo. Item ibi ego omne consilium meum statui, & omnia quecumque cogitavi ego feci, item ibi. Sic dicit dominus, qui constituit celum & terram, & fecit eam & fundavit eam. Item ibi. Ego primus, & ego in eternum manus mea fundavit terram. Dextera mea solidavit celum, item ibi. Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelsio. Et in hieremia. Dominus fecit terram in virtute sua magna, & erexit orbem terre in sapientia & prudentia sua extendit celum, & posuit sonum aque in celo. ¶ Defendite charissimi, ego rogo vos contra maliuolos homines inconcussam ecclesie statum, ut vos christi dextera defendat in euu. Data Nonas maii, Rustico & Aquilino, iiii. consulibus.

¶ ITEM EPISTOLA PAPE SOTHERIS

A



LECTISSIMIS FRATRIBVS PER ITALIE PRO-
uincias sanctis constitutis epis. Sother papa. Diuinis preceptis & aplice mo-
nitis informamur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affe-
ctu, ac si quid usquam reprehensioni inuenitur obnoxium, celeri sollicitudine
ab ignorantie imperitia & presumptionis usurpatione reuocemus. Sacratas
deo feminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallas penes vos contingere, &
incedere circa altaria deferre perlatum est ad apostolicam sedem, que omnia
reprehensione & vituperatione plena esse nulli recte sapientium dubium est. Quapropter huius
sancte sedis auctoritate, hec omnia vobis resecare funditus quantocius poteritis censemus, & ne pe-
stis hec latius diuulgetur per omnes prouincias absterge citissime mandamus, ait enim apostolus.
B Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo. ¶ Illa est enim virgo ecclesia spon-
sa vni viro christi, que nullo se patitur errore vel in honesta reprehensione vitari, ut per totum mun-
dum vna sit nobis vnius caste communionis integritas. Vnde consurgite charissimi cum domino,
& assistite ei induentes arma spiritus, aduersus malignantes contra fidem eius, & probetur spiritus
sapientie, id est verba illorum si ex deo sunt. Scriptum est enim in iheremia, probatorem dedi te in
populum meum robustum, & scies, & facies, & probabis viam illorum. Multum namque nobis necessa-
ria est vigilantia tanti sacramenti sapientie discretionis, que occulta tenebrarum reuelat, ad requisitio-
nem huiusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodammodo & absconditur, vixque comprehen-
ditur dolosa existens malitia pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium men-
tem latere. Quod utique sciens beatus apostolus ait. Nam huiusmodi pseudo apostoli operarii sub-
doli transfigurant se in apostolos christi. Sed non mirum quando ipse sathanas transfiguratur se in
angelum lucis, si ministri eius transfigurantur velut ministri iustitie, quorum finis secundum ope-
ra eorum. Sed & dominus in hoc premuniens nos ait. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad
vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo
in idipsum ex toto corde vestro referentes, ante omnia super tali questione deprecationem, & dicen-
tes cum Dauid, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia, de lege tua, lucerna pedibus meis ver-
bum tuum, & lumen semitis meis. Quoniam ut ait beatus Daniel propheta. Sapientia & fortitudo eius
sunt, dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus, & disciplinam, ipse reuelat profunda &
abscondita, & non in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam & fortitudinem dedi-
sti michi, & ostendisti michi que rogaui te. Data. x. kalend. Iunii, Cetico, & Clero, iiii. consulibus.

¶ INCIPIVNT DECRETA ELEVTHERII PAPE.



ELEVTHERIUS EPISCOPVS, VNIVERSIS ECCLE

A

siis per gallie prouincias domino militantibus, in domino salutem. **E** Magno munere misericordie dei totius ecclesie catholice multiplicata sunt gaudia, cum multos populos ad domini seruitium festinare cognouimus. Qua de re necessarium iudicauimus vos instruere, ut escas quas vitare vos audiuimus irrationabiliter non respiciatis. Scitis fratres legislatorum docuisse, omnia que creauit deus erant valde bona, & ipsa per se veritas ait. Non quod intrat in os coinquinat hominem. sed quod exit de ore. Vnde constat non debere refutare escas communes quas deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in actibus apostolorum, de mundis escis legitur ita. Postera autem die iter tribus facientibus domesticis cum Petro, & appropinquantibus ciuitati ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam, & cum esuriret, voluit gustare, paratibus autem eis cecidit super eum mens excessus, & vidit celum apertum & descendens vas quoddam velut lintheum magnum quatuor initiis submitti de celo in terram in quo erant omnia quadrupedia & serpentina terre & volatilia celi. Et facta est vox ad eum. Surge Petre occide & manduca, ait autem Petrus. Absit domine quia nunquam manducaui omne commune & immundum, & vox iterum secundo ad eum. Que dominus purificauit tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per te & statim vas receptum est in celum.

De accusationibus ergo clericorum super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre finitima episcoporum tantum iudicia huc deferantur, & huius sancte sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam definitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut preponantur aut ordinentur antequam hic eorum iuste terminentur negotia, quoniam quauis liceat apud prouinciales & metropolitanos atque primates eorum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire secus quam predictum est. Reliquorum vero clericorum apud prouinciales & metropolitanos ac primates & ventilare & iuste diffinire licet, iudicantem tamen oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi adiiciendi que prebita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium limitata sit pleniter. Nec litigantibus iudex prius sua velit sententia obuiare, nisi quando ipsi iam peractis omnibus nichil habeant in questione quod proponant, & tamdiu actio ventiletur, quousque rei veritas inueniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid pretermisissimum forte remaneat quod annecti conueniat, inducie enim non modice ad inquirendum dande sunt, ne aliquid prepropere agi a quacunque parte videatur, quia per surreptionem multa proueniunt. Nichil tamen absque legitimo & idoneo accusatore fiat. Nam & dominus noster Iesus christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. Et quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit. Nam si leges seculi accusatores requirunt, quantomagis ecclesiastice regule, docent enim terrestria & humana que sunt ecclesiastica atque celestia. De accusationibus vero comprouincialibus ita legitur esse statutum, si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit in prouincia in qua consistit ille, qui pulsatur suas exerceat actiones, nec estimet eum alibi aut longius ad iudicium protrahendum. Ille vero qui pulsatus fuerit si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caueant etiam iudices ecclesie ne absente eo cuius causa ventilatur sententiam proferant, quia irrita erit qui pene causam profecto dabunt.

C

Proditoris vero nec calumnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille qui iniuriam eiusque sustinuit nequitiam. Oppressis namque ab omnibus in cunctis subueniatur causis. Hec omnia summopere sunt attendenda. Nec criminationum minorum quanto magis episcoporum facile est recipienda dicente domino. Non sequeris turbas ad faciendum malum, & alibi. Non suscipias vocem mendacii. Et in Paralipomenon legitur. Omnia corda scrutatur dominus, et omnem cogitationem nouit, homo vero videt in facie, deus autem in corde. Et alibi scriptum est. Non potest humano condemnari exanime quod deus suo reseruauit iudicio. Igitur omne pondus & circumstantia aduersariorum nocumenta per patientiam fratres comprimere satagite, scientes quia subuersi sunt homini & delinquit proprio ore damnati, quia qui fratres accusant vel infestant non eos diligunt sed magis negligunt & peccant dicente apostolo, dilectio proximi malum non operatur. Et alibi. Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere. Nos enim humiles corde ad ea que recta sunt adiutore domino sapienter vinculo charitatis vobiscum sumus constructi, religionem catholicam in omnibus fortiter defensores, improbis prope resistere non negligimus unde dictum est. Negligere enim

f. ii.

cum possis deturbare peruersos, nichil aliud est quam fouere, nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare. Huius rei gratia vniuersalis vobis a christo Iesu commissa est ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis, frater autem fratrem adiuvans exaltabitur, & illudens dissipabitur. Quapropter releuate semper oppressos, corripite inquietos, vt zizania dominicam messem non possit suffocare. Data. v. idus Iulii Paterno & Bradua consulibus.

INCIPIUNT DECRETA

VICTORIS PAPE DE PASCHA ET RELIQUIS CAUSIS.

A  **ICTOR** ROMANE AC VNIVERSALIS ECCLESIE archiepiscopo Theophilo episcopo, & cunctis fratribus in alexandria domino famulantibus in domino salutem. **M**ulta michi gratulatio dilectissimi fratres, quod manifestato sicut optamus per gratiam dei lumine euangelice claritatis & ab ecclesia iam magna ex parte perniciosi erroris nocte depulsa, credite nobis dispensationis fructus crescit, & augmentatur in domino. **C**elebritatem sancti pasche die dominica agi debere predecesores nostri iam statuerunt, & nos illud eadem die celebrare soleniter mandamus, quia non decet vt membra a capite discrepent, nec contraria gerant. A quartadecima vero luna primi mensis vsque ad vicesimum primum eiusdem mensis diem eadem celebretur festiuitas. Eodem vero tempore baptismus celebrandus est catholicus, sed tamen si necesse fuerit aut mortis periculum ingruerit gentiles ad fidem venientes quocumque loco, vel momento ubicumque euenerit siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, tantum christiana confessione credulitate clarificata baptizentur. Ipsi quoque quod in baptismo polliciti sunt summo pere est attendendum, ne infideles sed fideles inueniantur. Ipsi vero qui infidelitatis nota asperguntur, infames efficiuntur atque inter fideles minime reputantur. Hec vero statuta nulla debent improbitate couelli nulla nouitate mutari, quia alia ratio est secularium, alia est diuinarum. **A**udiuius namque apud vos vestrosque diuersa iudicia fieri & incerta iudicare, incerta charissimi nullatenus iudicemus, quo ad usque veniat dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, quia quis vera sint, non tamen credenda, nisi que manifestis indicibus comprobantur, nisi que manifesto iudicio conuincuntur nisi que iudicario ordine publicantur. Similiter ea vos iudicare ad apostolicam delatum est sedem que preter nostram vobis definire non licet auctoritate episcoporum causas, vnde ita constitutum liquet a tempore apostolorum & deinceps. Placuit vt accusatus vel iudicatus a comprouincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet & adeat apostolicam sedem pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos eius retractari negotium procuret, & dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur episcopus, quoniam quamquam comprouincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire inconsulto romano pontifice permittitur, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit domino. **Q**uecunque ligaueris super terram, erunt ligata & in celo, & quecumque solueris super terram, erunt soluta & in celo. Et alibi in institutis legitur apostolicis, Si quis putauerit se a proprio metropolitano grauari, apud patriarcham vel primum diocesanos, aut penes vniuersalis apostolice ecclesie iudicetur sedem. Nichil aliud est fratres talis presumptio, nisi apostolorum suorumque successorum terminos transgredi, eorumque decreta violare. Culpatur enim vt scriptum est fratres, quia aliter circa episcopos iudicare presumunt quam apostolice sedis pape fieri placuerit. Et quod est qui iudicat eum quem dominus sibi & huic sancte sedi referuari voluit iudicandum. **A**it namque dominus per prophetam Esaiam. Domine deus auxiliator meus, ideo non sum confusus, ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quia non confundar, iuxta est qui iustificat me. **Q**uis contradicit michi? stemus simul. **Q**uis est aduersarius meus? accedat ad me, ecce dominus deus meus, auxiliator meus. **Q**uis est qui condemet me? ecce omnes quasi vestimentum conterentur tineam comedet eos. **Q**uis ex vobis timens dominum, audiens vocem serui sui? **Q**uis ambulauit in tenebris & non est lumen ei. **S**peret in nomine domini, & innitatur super deum suum, Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis ambulate in lumine ignis vestri, & flammis quas succendistis. **D**e manu mea factum est hoc vobis in